

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1784

Auteur(s) : Hugues de Gournay [particulier]

Bénéficiaire(s) : Brémontier-Merval, Notre-Dame de Bellozanne (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1198

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues de Gournay fonde une abbaye dans sa forêt près de Bellozanne et y installe l'abbé et les moines pour servir Dieu suivant la règle de saint Augustin et les coutumes de l'ordre de Prémontré.

Il la dote de plusieurs biens.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Rotomagensis, n° XXVII, col. 29.

Texte établi d'après a

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo de Gornaco, salutem. Notum sit tam omnium futurorum quam præsentium caritati, quod ego Hugo de Gornaco divinæ pietatis et dilectionis intuitu, pro salute animæ meæ, et patris mei, et matris meæ, et aliorum antecessorum meorum, et pro salute heredum meorum, in propria hereditate mea, in foresta mea juxta Bellosannam, in honore Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, et beatissimæ virginis Mariæ matris ejus, fundavi abbatiam ; ibique ad serviendum Deo in perpetuum secundum regulam beati Augustini et consuetudines ordinis Præmonstratensis abbatem et conventum pie institui : ad quorum victum et vestitum, et ad necessaria Christi pauperum ad se confluentium secundum possibilitatem loci, de terris et redditibus, et justis acquisitionibus meis, in puram, perpetuam et liberam eleemosynam, omnipotenti Deo et beatæ Mariæ, et abbati et canonicis ibidem Deo servientibus, ea quæ subscripta sunt super altare ejusdem abbatiae de vote obtuli, scilicet locum illum in quo fundata est abbatia, etc. . . . ecclesiam S. Petri de Wlboe, cum capella S. Aniani ; et ecclesiam S. Martini de Bremonstier, cum capella S. Leonardi de Merval ; et capellam S. Margaretæ de Bellosana ; et quidquid juris et libertatis abbatia de Becco Herlouin et ego habuimus in prædictis ecclesiis et capellis, et in omnibus pertinentiis, et decimis, et libertatibus earum, excepta capella beatæ Mariæ, quæ est in curia mea de Bellosana, quam in manu mea retinui ad voluntatem meam faciendam, etc. . . . ecclesiam de Tyl, cum omnibus suis pertinentiis, et quidquid juris in eadem ecclesia habebam, quam mihi Simon de Belsast donavit, etc. . . . Actum est hoc Verbi Incarnati anno M.C.XCVIII, teste domino Gualtero Rothomagensi archiepiscopo, omnes donationes istas approbante et confirmante ; teste etiam Hugone de Cauquinvillers abbate de Becco Helloin ; Roberto abbatte de Bellobecco, Gaudentio abbatte de Insula-Dei, Roberto abbatte de Ardena, magistro Roberto de S. Paterno Rothomagensi archidiacono, etc. . . .